



## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicis, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

4. De fletu super Jerusalem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60588)

## MEDITATIO IV.

*Flet super Ierusalem* Luc. 19.

## PUNCTUM PRIMUM.

Christus  
quare  
flevit.

1.

2.

3.

**C**ur flet? flevit aliquoties, sed mirum, quòd nunc, quando excipitur tam gloriosè. 1. ut ostendat se nihil tangi aut affici illo honore, & plausu. 2. ex charitate, quia intimè dolebat cæcitatem Iudæorum; quòdque passio sua, ad quam appropinquabat, futura eis esset in ruinam. 3. in illa civitate Ierusalem (supra quam flevit) repræsentavit sibi totum mundum tot peccatis inquinatum, cuius deperditum statum deploravit, & mea nominatim peccata, ut & cæterorum.

## PUNCTUM II.

Luc. 19.

41.

**V**erba flentis, quia si cognovisses, & tu, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. si cognovisses: ignorantia tum malorum impendentium, tum oblitorum bonorum causâ existit, cur Christus repellatur. Pœna verò voluntariæ ignorantiae, post alias, erit extrema verbis calamitas. *Non relinquent in te lapidem super lapidem, eò quòd non cognoveris tempus visitationis tuæ, Fit mihi, si visitationes divinas, & inspirationes non recipiam, quas assiduè offert. Milvus cognovit tempus suum, turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus adventus sui, & ego meum non observabo?*

Igno-  
rantia  
malum.

Ier. 8. 7.



vabo? Quòd si Iesus ita deflevit ruinam temporalem illius civitatis, quantò magis æternam, & illius & nostram?

PUNCTUM III.

**G**esta à Christo in templo post ingressum: Christi *Cecos & claudos sanat, & cum tanta face-* bonitas.  
*ret, perversi non flectuntur. Pueri acclamant*  
*exemplo turbarum: Hosanna, atque id Phari-*  
*sæi in odium trahunt; Audis, quid isti dicunt? Ps. 8. 7.*  
*quibus Christus: utique non audistis, quia ex*  
*ore infantium perfecisti laudem. O absit à cor-*  
*de meo illorum durities! adsit autem horum*  
*simplicitas infantium.*

Moratus usque ad vesperam, mira loquens, & faciens, *circumspectis* (ut ait Evangelista) *omnibus, abiit in Bethaniam cum discipulis: Circumspectum, num ab aliquo hospitium offerretur, sed inter tot plaudentes nemo obtulit: sic vani sunt humani plausus.*

Postridie rediens, arefecit maledicendo ficum infructuosam. Sic in secundo adventu faciet, æternam maledictionem imprecatus ijs, qui non benefecerunt proximis suis. *Itc*

*maledicti in ignem æternum.*

*Matt.*  
*23. 41.*

